



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Commentarii Exegetici In Apocalypsim Ioannis Apostoli**

**Viegas, Brás**

**Parisiis, 1615**

Quarti sigilli de Pseudoprophetis, & hypocritis iuxta communem  
sententiam expositio. Sectio XI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39261**

Quarti sigilli de Pseudoprophetis, & hypocritis iuxta communem sententiam expositio.

## S E C T I O XI.

*Iacobim.  
Pannov.*

*Equus palli-  
dus Pseudo-  
prophetæ, &  
hypocritæ.*

*Matt. 6.  
Ruth. 1.8.  
Hugo Card.  
Diony. Cart.  
B. Greg.*

*Iob 39.*

*Sapien. 2.*

*Amos 8.11.*

*Psal. 13.3.*

*Baruch 3.16*

**I**N quo pallido, qui aperto quarto sigillo visus fuit, volunt ferè omnes interpres Pseudoprophetas, & hypocritas, præcipue verò iuxta Iochitum, & Pannorum Mahometem designari, qui etiam Ecclesiam vniuersam maximè turbauerunt, eosque Dæmon aduersum illam tanquam præferoce, atque effrenes equos incitauit. Reclivis illud aiunt equum pallidum Pseudoprophetarum, & hypocitarum esse symbolum: quia hypocrita ieuniis, & carnis maceratione facies suas exterminant, Matthæi 6. ut virtutem, & sanctitatem simulent: quemadmodum interpretatur Richardus de sancto Victore, & Hugo Cardinalis: vel etiam, ut exponit Dionysius Carthus, quia charitas, & sapientia, quasi aurum fulgere fingunt, & ipsa simulatione pallescunt. Ceterum prior ratio magis videtur accommodata, propter quam D. Gregorius libro 8. Moraliū cap. 30. comparat hypocritas Simoni Cyrenæo, quem Iudæi appgariauerunt, ut tolleret crucem post Christum. Crucem, inquit, in angaria, id est, precio conductam portare est afflictionem abstinēt alia, quām necesse est, intentione tolerare: codem pertinet illa similitudo, qua Istruthion comparantur Iob 39. cuius pennis, id est, actiones similes dicuntur pennis herodij, & accipitris, id est, sanctorum: sed tamen veluti struthiones nequaquam se ad sublimia possunt erigere, sed roti in terra versantur, quemadmodum in cum locum docet D. Gregorius. Super hos sedet Diabolus, qui mors ab affectu hoc loco appellatur, ut suprà diximus: quidam enim diaboli mors introiuit in orbem terrarum Sapientæ 2. Infernus sequebatur eum quasi paratus ad deuorandum omnes, quos Pseudoprophetæ, & hypocritæ deceperint, & in vniuersum omnes, quos Diabolus huius equisessor per hæresim, & hypocrisim infecerit. Quoniam verò hypocritæ latè diffunditur, dicitur lessori equi pallidi datum fuisse potestatem super quatuor partes terræ ad interficiendum gladio, fame, morte, & bestiis terræ gladio, inquam, id est, prædicatione, demulcendo vulgi aures nouis rebus applaudentis: est enim gladius verbi, & prædicationis symbolum: aut etiam, ut exponit Richardus de sancto Victore, gladio peccati: fame, id est, subtractione vera doctrinæ iuxta illud Amos 8. Emittam famem interram non famem panis, neque sicut aquæ, sed audiendi verbum Dei: morte, id est, doctrina mortifera iuxta illud Psalmi 13. Venenum aspidum sub labio eorum: denique bestiis terræ, id est, hominibus belluarum more vitam agentibus, & carnis illebris, ac libidini deditis: sic enim appellantur Baruch 3. Vbi sunt principes gentium, qui dominantur super bestias, quæ sunt super terram?

I. Sexti sigilli de fine mundi iuxta communiorum sententiam interpretatio.

## S E C T I O XII.

*rich. Vict.*

*Pannov.*

*Primasius.*

*Ansberrus.*

*Hugo. Car.*

*Nicol. Zeg.*

*Beda. Rup.*

*Arethas.*

**S**extum sigillum communiter interpres ad tempora Antichristi, & finem mundi pertinere arbitrantur: in quibus sunt Richardus de S. Victore, Pannorus, Primasius, Ambrosius, Ansberrus, Hugo Cardinalis, & Nicolaus Zegers: tandemque expositionem commemorat Beda, Rupertus, & Arethas. Tunc verò duplíciter